Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



timorem inquantum habet naturam timoris servilis. secundum hoc
.s. quod habet oculum ad penam. ¶ Timor enim initialis habet du
os oculos. unum ad gloriam qui est essentialis. alterum habet
ad penam qui est ei accidentalis. sed timore servili est essentialis.
¶ Preterea timor initialis abstinet a peccato remanenti propter
penam purgatorii in quo casu potest convenire cum perfecto
qui etiam timet penam purgatorii inquantum est dila
torie glorie. sive separatam ad tempus. ¶ Duplex est amor s.
filialis ut quo deum diligimus propter se tantum. et mercennari
us. ut quo diligimus deum propter se principaliter. et secundario
habito respectu ad mercedem. ¶ Huic duplici amori respondet
duplex timor. s. filialis et initialis. Nam filialis ti
mor respondet amori filiali. ¶ Initialis vero respondet
amori mercennario. De timore filiali.

Timor filialis proprie timet offendere deum qui eti
am si propter peccatum non separaretur a deo. tamen a peccato
abstinet ne ipsum offenderet. ¶ Et in hoc differt timor fili
alis ab initiali qui proprie est timor separationis quia propter con
sciam peccatorum timet a deo separari. ¶ Timor vero filialis
tantummodo timet offendere. ¶ Alia est differentia
quia timor initialis est imperfectorum. sed filialis est perfectorum.
¶ Tertia est differentia. quia cum in timore pene duo
sint. s. punctio et cautela. ipsa punctio pertinet ad timorem
initialem. ¶ Talis enim punctio est ex conscientia peccati de quo
nescit an sit dimissum. ¶ Cautela vero pertinet ad timo
rem filialem. ¶ Sicut enim perfectus cavet peccatum quia de
um offendit. ita per consequens cavet penam. sed tamen per accidens
¶ Timor filialis dicitur etiam sanctus et castus. De do

Donum pietatis consistit. no pietatis.
in tribus. s. in cultu dei. et in veneratione sacre
scripture. et in honore proximi. ¶ Cultus dei consis
tit in professione divine maiestatis et hoc est theosebia
¶ Veneratio sacre scripture consistit in hoc ut ei fir
miter credatur ut sollicite custodiatur ut fideliter dispen